



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De Imitatione Christi Libri Qvatvor

Thomas <von Kempen>

Antverpiæ, 1617

Liber Secvndvs. Admonitiones, ad interna trahentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45760)

65

THOMÆ A KEMPIS
CANONICI REGVLARIS
Ordinis S. AVGVSTINI
DE IMITATIONE
CHRISTI
LIBER SECVNDVS.

*Admonitiones, ad interna
trahentes.*

CAPVT I.

De interna conuersatione.

I **R**EGNUM Dei intra vos *Luca 7.*
est, dicit Dominus. Cō- *Ioel. 2.*
uerte te ex toto corde ad
Dominum : & relinque
hunc miserum mundum, & inueniet
anima tua requiem. Disce exteriora
contemnere, & ad interiora te dare, &
videbis regnum Dei in te venire. Est *Ro. 14.*
enim regnum Dei, pax & gaudium
in Spiritu sancto, quod non datur im-
piis. Veniet ad te Christus, osten-
dens

dens tibi consolationem suam : si dignam illi ab intus, paraueris mansionem. *Pf. 44.* Omnis gloria eius & decor, ab intra est, & ibi complacet sibi. Frequens illi visitatio cum homine interno, dulcis fermocinatio, grata consolatio, multa pax, familiaritas stupenda nimis.

2 Eia anima fidelis, præpara huic sponso cor tuum : quatenus ad te venire, & in te habitare dignetur. Sic enim dicit : *Ioã. 14.* Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Da ergo Christo locum, & ceteris omnibus nega introitum. Cùm Christum habueris, diues es, & sufficit tibi. Ipse erit prouisor tuus, & fidelis procurator in omnibus, vt non sit opus in hominibus sperare. Homines enim citò mutantur, & deficiunt velociter : *Ioã. 12,* Christus autem manet in æternum, & astat vsque in finem firmiter.

3 Non est magna fiducia ponenda, in homine fragili & mortali, etiam si utilis sit & dilectus : neque tristitia multa ex hoc capienda, si interdum
ad-

aduerfetur & contradicat. Qui hodie tecum funt, cras contrariari poffunt; & è conuerfo, fæpè vt aura vertuntur. Pone totam fiduciam tuam *1 Pet. 3* in Deo, & fit ipfe timor tuus, & amor tuus. Ipfe pro te respondebit, & faciet benè, ficut melius fuerit. Non *Heb. 13* habes hîc manentem ciuitatem; & vbicumque fueris, extraneus es & peregrinus: nec requiem aliquando habebis, nifi Chrifto intimè fueris vnitus.

4 Quid hîc circumfpicis, cùm ifte non fit locus tuæ requietionis? In cælestibus debet eſſe habitatio tua, & *Phil. 3.* ficut in tranſitu, cuncta terrena funt aspicienda. Tranſeunt omnia, & tu *Sap. 5.* cum eis pariter. Vide, vt non inhæreas; ne capiaris, & pereas. Apud Altiffimum fit cogitatio tua, & deprecatio tua ad Chriftum, ſine remiſſione dirigatur. Si neſcis ſpeculari alta & cæleſtia, requieſce in paſſione Chrifti: & in ſacris vulneribus eius, libenter habita. Si enim ad vulnera, & pretioſa ſtigmata Ieſu, deuotè confugis, magnam in tribulatione confortationem ſenties: nec multùm curabis

rabis hominum despectiones, facilliterque verba detrahentia perferes.

Matt. 1.

12. 26.

& Ioã

15.

2 Tim.

2.

5 Christus fuit etiam in mundo, ab hominibus despectus: & in maxima necessitate, à notis & amicis, inter opprobria derelictus. Christus pati voluit & despici, & tu audes de aliquo conqueri? Christus habuit aduersarios & obloquentes, & tu vis omnes habere amicos & benefactores? Unde coronabitur patientia tua, si nihil aduersitatis occurrerit? Si nihil aduersitatis vis pati, quomodo eris amicus Christi? Sustine cum Christo, & pro Christo, si vis regnare cum Christo.

6 Si semel perfectè introisses in interiora Iesu, & modicum de ardenti amore eius sapuisses: tunc de proprio commodo vel incommodo nihil curares, sed magis de opprobrio illato gauderes: quia amor Iesu, facit hominem seipsum contemnere. Amator Iesu & veritatis, & verus internus & liber ab affectionibus inordinatis, potest se ad Deum liberè conuertere, & eleuare supra seipsum in spiritu, ac fruiuiè quiescere.

7 Cui sapiunt omnia, prout sunt,
non

non vt dicuntur, aut æstimantur: hic verè sapiens est, & doctus magis à *Isa. 54.* Deo, quàm ab hominibus. Qui ab intra scit ambulare, & modicum ab extra res ponderare, non requirit loca, nec expectat tempora, ad habenda deuota exercitia. Homo internus, citò se recolligit: quia numquam se totum ad exteriora effundit. Non illi obest labor exterior, aut occupatio ad tempus necessaria: sed sicut res eueniunt, sic se illis accommodat. Qui intus benè dispositus est & ordinatus, non curat mirabiles & peruersos hominum gestus. Tantum homo impeditur & distrahitur, quantum sibi res attrahit.

8 Si rectè tibi esset, & benè purgatus esses, omnia tibi in bonum cederent, & profectum. Ideò multa tibi displicent, & sæpè conturbant: quia adhuc non es perfectè tibi ipsi mortuus, nec segregatus ab omnibus terrenis. Nil sic maculat & implicat cor hominis, sicut impurus amor in creaturis. Si tenuis consolari exterius, poteris speculari cælestia, & frequenter iubilare interiùs.

CAP. II.

De humili submissione.

Rom. 8. 1 **N**ON magni pendas, quis pro
 & 1. te, vel contra te sit: sed hoc
 Cor 4. age & cura, vt Deus tecum sit in
 Psal. 27 omni re, quam facis. Habeas con-
 scientiam bonam, & Deus benè te de-
 fensabit. Quem enim Deus adiuuare
 voluerit, nullius peruersitas nocere
 poterit. Si tu scis tacere & pati, vi-
 debis proculdubiò auxilium Domi-
 ni. Ipse nouit tempus & modum li-
 berandi te, & ideò te debes illi resi-
 gnare. Dei est adiuuare, & ab omni
 confusione liberare. Sæpè valdè pro-
 dest, ad maiorem humilitatem ser-
 uandam, quòd defectus nostros alij
 sciunt, & redarguunt.

2 Quando homo pro defectibus
 suis se humiliat, tunc faciliter alios
 placat, & leuiter satisfacit sibi irascen-
 tibus. Humilem Deus protegit, & li-
 berat: humilem diligit, & consolatur:
 humili homini se inclinat: humili lar-
 gitur gratiam magnam, & post eius
 depressionem, leuat ad gloriam. Hu-
 mili

Iac. 3.

Iob 5.

Matt. 11

mili sua secreta reuelat, & ad se dulciter trahit & inuitat. Humilis accepta confusione, satis benè est in pace: quia stat in Deo, & non in mundo. Non reputes te aliquid profecisse, nisi omnibus inferiorem te esse sentias.

CAP. III.

De bono pacifico homine.

TENE te primò in pace, & tunc poteris alios pacificare. Homo pacificus magis prodest, quàm benè doctus. Homo passionatus, etiam bonum in malum trahit, & faciliter malum credit. Bonus pacificus homo, omnia ad bonum conuertit. Qui benè in pace est, de nullo suspicatur. 1. Cor. 13.
 Qui autè malè contentus est & commotus, variis suspicionibus agitur: nec ipse quiescit, nec alios quiescere permittit. Dicit sæpè, quod dicere non deberet: & omittit, quod sibi magis facere expediret. Mat. 7
 Considerat, quod alij facere tenentur: & negligit, quod ipse teneatur. Act 1.
 Habe ergo primò zelum super teipsum, & tunc iustè

iustè zelare poteris etiam proximum
tuum.

2 Tu benè scis facta tua excusare
& colorare, & aliorum excusationes
Gal. 6. non vis recipere. Iustius esset, vt te ac-
1 Cor. culares, & fratrem tuum exculares. Si
13. portari vis, porta & alium. Vide, quā
longè es adhuc, à vera charitate & hu-
militate: quæ nulli nouit irasci, vel in-
dignari, nisi tantùm sibi. Non est
magnum, cum bonis & māsuetis con-
uersari, hoc enim omnibus naturaliter
placet; & vnusquisque libenter pacem
habet, & secum sentientes magis dili-
git. Sed cum duris & peruerſis, aut
indisciplinatis, aut nobis contrarian-
tibus, pacificè posse viuere, magna
gratia est, & laudabile nimis, virileque
factum.

3 Sunt, qui seipſos in pace tenent,
& cum aliis etiam pacem habent. Et
sunt, qui nec pacem habent, nec
alios in pace dimittunt: aliis sunt gra-
ues, sed sibi semper grauiores. Et
sunt, qui seipſos in pace retinent, &
ad pacem alios reducere student. Est
tamen tota pax nostra in hac misera
vita, potiùs in humili sufferentia
ponen-

netrat cælum & infernum. Qualis vnusquisque intus est, taliter iudicat exteriùs. Si est gaudium in mundo, hoc vtique possidet puri cordis homo: Et si est alicubi tribulatio & angustia, hoc meliùs nouit mala conscientia. Sicut ferrum missum in ignem, amittit rubiginem, & totum candens efficitur: sic homo integrè ad Deum se conuertens, à torpore exuitur, & in nouum hominem transformatur.

3 Quando homo incipit tepescere, tunc paruum metuit laborem, & libenter externam accipit consolationem. Sed quando perfectè incipit se vincere, & viriliter in via Dei ambulare: tunc minùs ea reputat, quæ sibi priùs graua esse sentiebat.

CAP. V.

De propria consideratione.

Ier. 17. **N**ON possumus nobis ipsis nimis credere, quia sæpè gratia nobis deest, & sensus. Modicum lumen est in nobis, & hoc citò per negligentiam amittimus. Sæpè etiam non aduertimus,

mus, quòd tam cæci intus sumus. Sæpè malè agimus, & peiùs excusamus. *Pf. 140.*
 Passione interdum mouemur, & zelum putamus. Parua in aliis reprehendimus, & nostra maiora pertransimus. *Mat. 7.*
 Satis citò sentimus & ponderamus, quid ab aliis sustinemus: sed quantum alij de nobis sustinent, non aduertimus. Qui benè & rectè sua ponderaret, non esset, quod de alio grauius iudicaret.

2 Internus homo, sui ipsius curam, *Mat. 16*
 omnibus curis anteponit: Et qui sibi ipsi diligèter intendit, faciliter de aliis tacet. Numquam eris internus & deuotus, nisi de alienis silueris, & ad te ipsum specialis respexeris. Si tibi & *1. Cor. 4*
 Deo totaliter intendis, modicum te *Gal. 1.*
 mouebit, quod foris percipis. Vbi es, quando tibi ipsi præsens non es? Et quando omnia percurristi, quid (te neglecto) profecisti? Si debes habere pacem, & vnionem veram: oportet, quòd totum adhuc postponas, & te solum præ oculis habeas.

3 Multum proinde proficies, si te feriatum ab omni temporali cura conserues. Valdè deficies, si aliquid tem-

D 2 porale

Eccle. 1. porale reputaueris. Nil magnum, nil altum, nil gratum, nil acceptum tibi fit, nisi purè Deus, aut de Deo fit. Totum vanum existima, quidquid consolationis occurrit de aliqua creatura. Amans Deum anima, sub Deo despicit vniuersa. Solus Deus æternus & immensus, implens omnia, solatium animæ, & vera cordis lætitia.

CAP. VI.

De lætitia bonæ conscientia.

1. Cor. 1. **G**LORIA boni hominis, testimonium bonæ conscientia. Habe bonam conscientiam, & habebis semper lætitiā. Bona conscientia, valdè multa potest portare, & valdè læta est inter aduersa. Mala conscientia, semper timida est & inquieta. Suauiter requiesces, si cor tuum te non reprehenderit. Noli lætari, nisi quum benefeceris. Mali numquam habent veram lætitiā, nec internam sentiunt pacem: quia non est pax impiis, dicit Dominus. Et si dixerint: In pace sumus, non venient super nos mala: & quis nobis nocere audebit?
Ne

*Luc. 12.**Isai. 57.*

credas eis : quoniam repente exurget ira Dei, & in nihilum redigentur actus eorum, & cogitationes eorum peribunt.

2 Gloriari in tribulatione, non est graue amanti : sic enim gloriari, est gloriari in cruce Domini. Breuis gloria, quæ ab hominibus datur, & accipitur. Mundi gloriam, semper comitatur tristitia. Bonorum gloria, in conscientia eorum, & non in ore hominum. Iustorum lætitia, de Deo, & in Deo est : & gaudium eorum, de veritate. Qui veram & æternam gloriam desiderat, temporalem non curat. Et qui temporalem requirit gloriam, aut non ex animo contemnit, minùs amare conuincitur caelestem. Magnam habet cordis tranquillitatem, qui nec laudes curat, nec vituperia.

3 Facile erit contentus & pacatus, cuius conscientia munda est. Non es sanctior, si laudaris : nec vilior, si vituperaris. Quod es, hoc es ; nec maior dici vales, quàm (Deo teste) sis. Si attendis, quid apud te sis intus, non curabis, quid de te loquantur homines. Homo videt in facie, Deus autem in

corde. Homo considerat actus, Deus verò pensat intentiones. Benè semper agere, & modicum de se tenere, humilis animæ indicium est. Nolle consolari ab aliqua creatura, magnæ puritatis, & internæ fiduciæ, signum est.

4 Qui nullum extrinsecus pro se testimonium quærit, liquet quòd totaliter se Deo commisit. Non enim, qui seipsum commendat, ille probatus est (ait B. Paulus) sed quem Deus commendat. Ambulare cum Deo intus, nec aliqua affectione teneri foris, status est interni hominis.

2. Cor.
10.

CAP. VII.

De amore IESU super omnia.

Ps. 118. **I** BEATVS, qui intelligit, quid sit amare Iesum: & contemnere se ipsum, propter Iesum. Oportet dilectum pro dilecto relinquere, quia Iesus vult solus super omnia amari. Dilectio creaturæ fallax & instabilis: dilectio Iesu, fidelis & perseuerabilis. Qui adhæret creaturæ, cadet cum labili: qui amplectitur Iesum, firmabitur in æuum. Illum dilige, & amicum

cum tibi retine: qui omnibus recedentibus, te non relinquet, nec patietur in fine perire. Ab omnibus oportet te aliquando separari, siue velis, siue nolis.

2 Teneas te apud Iesum, viuens ac moriens: & illius fidelitati te committe, qui omnibus deficientibus, solus potest te iuuare. Dilectus tuus talis est naturæ, vt alienum non velit admittere: sed solus vult cor tuum habere, & tamquam rex in proprio throno sedere. Si scires te benè ab omni creatura euacuare, Iesus deberet libèter tecum habitare. Pænè totum perditum inuenies, quidquid extra Iesum, in hominibus posueris. Non confidas, nec innitaris super calamum ventosum: quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, vt flos fœni cadet. *Isai. 40.*

3 Citò decipieris, si ad externam hominum apparentiam, tantùm aspexeris. Si enim tuum in aliis quæris solatium & lucrum, senties sæpiùs detrimentum. Si quæris in omnibus Iesum, inuenies vtique Iesum. Si autem quæris teipsum, inuenies etiam teipsum, sed ad tuam perniciem. Plus enim homo nociuior sibi, si Iesum non

D 4 quærit,

80 DE IMITATIONE
quærit, quàm totus mundus, & om-
nes sui aduersarij.

CAP. VIII.

De familiari amicitia IESU.

I Q V A N D O Iesus adest, totum
bonum est, nec quidquam dif-
ficile videtur. Quando verò Iesus non
adest, totum durum est. Quando Iesus
intus non loquitur, consolatio vilis
est. Si autem Iesus, vnum tantum ver-
bum loquitur, magna consolatio fen-
titur. Nonne Maria Magdalena, sta-
tim surrexit de loco, in quo fleuit,
quando Martha illi dixit: Magister
adest, & vocat te? Felix hora, quando
Iesus vocat de lachrymis ad gaudium
spiritus. Quàm aridus & durus es sine
Iesu. Quàm insipiens & vanus, si cu-
pis aliquid extra Iesum. Nonne hoc
est maius damnum, quàm si totum
perderes mundum?

2 Quid potest tibi mundus confer-
re, sine Iesu? Esse sine Iesu, grauis est
infernus: & esse cum Iesu, dulcis pa-
radisus. Si fuerit tecum Iesus, nullus
poterit nocere inimicus. Qui inuenit
Iesum,

Ioã. 11.

Mat. 16

Rom. 8.

Mat. 13

Iesum, inuenit thesaurum bonum, immò bonum super omne bonum. Et qui perdit Iesum, perdit nimis multum, & plus quàm totum mundum. *Luc. 12.* Pauperrimus est, qui viuit sine Iesu: & ditissimus, qui benè est cum Iesu.

3 Magna ars est, scire cum Iesu conuersari; & scire Iesum tenere, magna prudentia. Eito humilis & pacificus, *Prov. 3.* & erit tecum Iesus. Sis deuotus & quietus, & manebit tecum Iesus. Potes citò fugare Iesum, & gratiam eius perdere, si volueris ad exteriora declinare. Et si illum effugaueris & perdideris, ad quem fugies, & quem tunc quæres amicum? Sine amico, non potes benè viuere: & si Iesus, non fuerit tibi præ omnibus amicus, eris nimis tristis & desolatus. Fatuè igitur agis, *Gal. 6.* si in aliquo altero confidis, aut letaris. Eligendum est magis, totum mundum habere cōtrarium, quàm Iesum offensum. Ex omnibus ergo charis, sit Iesus solus dilectus specialis.

4 Diligantur omnes propter Iesum, Iesus autem propter seipsum. Solus Iesus Christus, singulariter est amandus: qui solus bonus & fidelis, præ

Mat. 5. omnibus inuenitur amicis. Propter
Luc. 5. ipsum, & in ipso, tam amici quàm ini-
 mici, tibi sint chari: & pro omnibus
 his exorandus est, vt omnes ipsum
 cognoscant & diligant. Numquam
 cupias singulariter laudari vel amari,
 quia hoc solius Dei est, qui similem
 sibi non habet; Nec velis, quod ali-
 quis tecum in corde suo occupetur;
 neque tu cum alicuius occuperis amo-
 re: sed sit Iesus in te, & in omni bono
 homine.

§ Esto purus & liber ab intus, sine
 alicuius creaturę implicamēto. Opor-
 tet te esse nudum, & purum cor ad
 Deum gerere: si vis vacare & videre,
 quàm suavis sit Dominus. Et reuerà
 ad hoc non peruenies, nisi gratia eius
 fueris præuentus & intractus: vt om-
 nibus euacuatis & licentiatis, solus
 cum solo vniaris. Quando enim gra-
 tia Dei venit ad hominem, tunc po-
 tens fit ad omnia. Et quando recedit,
 tunc pauper & infirmus erit, & quasi
 tantùm ad flagella relictus. In his non
 debet deiici, nec desperare; sed ad
 voluntatem Dei æquanimiter stare,
 & cuncta superuenientia sibi, ad lau-
 dem

dem Iesu Christi perpeti: quia post hiemem sequitur æstas; post noctem redit dies; & post tempestatem magna serenitas.

CAP. IX.

De carentia omnis solatiij.

NON est graue, humanum contemnere solatium, cùm adest diuinum. Magnum est, & valdè magnum tam humano quàm diuino posse carere solatio: & pro honore Dei, *Phil. 2.* libenter exilium cordis velle sustinere: & in nullo seipsum quærere, nec ad proprium meritum respicere. Quid magni est, si hilaris sis & deuotus, adueniente gratia? optabilis cunctis hæc hora. Satis suauiter equitat, quem gratia Dei portat. Et quid mirum, si onus non sentit: qui portatur ab omnipotente, & ducitur à summo ductore?

2 Libenter habemus aliquid pro solatio, & difficulter homo exiit à seipso. Vicit sanctus martyr Laurentius sæculum, cum suo sacerdote: quia omne, quod in mundo delectabile

videbatur, despexit: & summum Dei sacerdotem Sixtum, quem maximè diligebat, pro amore Christi, etiam à se tolli clementer ferebat. Amore igitur creatoris, amorem hominis superavit: & pro humano solatio, diuinum beneplacitum magis elegit. Ita & tu, aliquem necessarium & dilectum amicum, pro amore Dei disce relinquere. Nec grauitè feras, quum ab amico derelictus fueris, sciens, quoniam oportet nos omnes tandem ab inuicem separari.

3 Multum & diu, oportet hominem in seipso certare, antequam discat seipsum plenè superare, & totum affectum suum in Deum trahere. Quando homo stat super seipsum, facilè labitur ad consolationes humanas. Sed verus amator Christi, & studiosus sectator virtutum, non cadit super consolationes, nec quærit tales sensibiles dulcedines: sed magis fortes exercitationes, & pro Christo duros sustinere labores.

4 Cùm igitur spiritualis à Deo consolatio datur, cum gratiarum actione accipe eam: sed DEI munus intellige esse,

esse, non tuum meritum. Noli extolli, noli nimiū gaudere, nec inaniter presumere: sed esto magis humilior ex dono, cautior quoque & timorator in cūctis actibus tuis: quoniam transibit hora illa, & sequetur tentatio. Quum ablata fuerit consolatio non statim desperes: sed cum humilitate & patientia, expecta cælestem visitationem: quoniam potens est Deus ampliorem tibi redonare consolationem. Istud non est nouum, nec alienum viam Dei expertis: quia in magnis Sanctis & in antiquis Prophetis, fuit sæpè talis alternationis modus.

5 Vnde quidam, præsentē iam gratia dicebat: Ego dixi in abundantia mea, *Psal. 29*
Non mouebor in æternum. Absente verò gratia, quid in se fuerit expertus, adiungit dicēs: Auertisti faciem tuam *Ibidem*
à me, & factus sum conturbatus. Inter hæc tamen nequaquam desperat, sed instantiùs Dominum rogat, & dicit: Ad te Domine clamabo, & ad *Ibidem*
Deum meum deprecabor. Denique orationis suæ fructum reportat, & se exauditum testatur dicens: Audiuit *Ibidem*
Dominus, & misertus est mei: Domi-

nus factus est adiutor meus. Sed in
Ibidem. quo? Conuertisti, inquit, planctum
 meum in gaudium mihi, & circumde-
 disti me lætitia. Si sic actum est cum
 magnis Sanctis, non est desperandum
 nobis infirmis & pauperibus, si inter-
 dum in feruore, & interdum in frigi-
 ditate sumus: quoniam spiritus venit
Ioan. 3. & recedit, secundum suæ beneplaci-
 tum voluntatis. Vnde beatus Iob ait:
Iob 7. Visitas eum diluculo, & subito pro-
 bas illum.

6 Super quid igitur sperare possum,
 aut in quo confidere debeo, nisi in sola
 magna misericordia Dei, & in sola spe
 gratiæ cælestis? Siue enim adsint ho-
 mines boni, siue deuoti fratres, vel
 amici fideles; siue libri sancti, vel tra-
 ctatus pulchri; siue dulcis cantus &
 hymni; omnia hæc modicum iuuant,
 modicum sapiunt, quando desertus
 sum à gratia, & in propria paupertate
Luc. 9. relictus. Tunc non est melius reme-
 dium quàm patientia, & abnegatio
 mei in voluntate DEI.

7 Numquam inueni aliquem tam
 religiosum & deuotum, qui non ha-
 buerit interdum gratiæ subtractionē,
 aut

aut non senserit feruoris diminutionem. Nullus sanctus fuit tam altè raptus & illuminatus, qui priùs, vel postea, non fuerit tentatus. Non enim dignus est, alta Dei contemplatione, qui pro Deo non est exercitatus aliqua tribulatione. Solet enim sequentis consolationis, tentatio præcedens esse signum. Nam tentationibus probatis, cælestis promittitur consolatio. Qui vicerit, inquit, dabo ei edere de *Apoc. 2.* ligno vitæ.

8 Datur autem consolatio diuina, vt homo fortior sit, ad sustinendum aduersa. Sequitur etiam tentatio, ne se eleuet de bono. Non dormit diabolus, nec caro adhuc mortua est: ideò non cesses te præparare ad certamen: quia à dextris & à sinistris hostes sunt, qui numquam quiescunt. *1. Pet. 5.*

CAP. X.

De gratitudine, pro gratia Dei.

1 **C**VR quæris quietem, cùm natus sis ad laborem? Pone te ad *Iob 5.* patientiam magis, quàm ad consolationes: & ad crucem portandam magis,

Luc. 14. magis, quàm ad lætitiã. Quis enim sæcularium, non libenter consolationem & lætitiã spiritualem acciperet, si semper obtinere posset? Excedunt enim spirituales consolationes, omnes mundi delicias, & carnis voluptates. Nam omnes deliciæ mundanæ, aut vanæ sunt, aut turpes. Spirituales verò deliciæ, solæ iucundæ & honestæ, ex virtutibus progenitæ, & à Deo puris mentibus infusæ. Sed istis diuinis cõsolationibus, nemo semper pro suo affectu frui valet? quia tempus tentationis, non diu cessat.

2 Multùm autem contrariatur supernæ visitationi, falsa libertas animi, & magna confidentia sui. Deus benè facit consolationis gratiam dando: sed homo malè agit, non totum Deo, cum gratiarum actione, retribuendo. Et ideo non possunt in nobis dona gratiæ fluere, quia ingrati sumus auctori: nec totum refundimus fontali origini. Semper enim debetur gratia, dignè gratias referenti: & auferetur ab elato, quod dari solet humili.

3 Nolo consolationem, quæ mihi aufert compunctionem: nec affecto
con-

contemplationem, quæ ducit in elationem. Non enim omne altum, sanctum: nec omne dulce, bonum: nec omne desiderium, purum: ne omne charum, Deo gratum. Libenter accepto gratiam, unde semper humilior & timorator inueniar, atque ad relinquendum me paratior fiam. Doctus dono gratiæ, & eruditus subtractionis verberare, nõ sibi audebit quidquam boni attribuere: sed potius se pauperem, & nudum confitebitur. Da Deo, quod Dei est: & tibi ascribe, *Mat. 22* quod tuum est: hoc est, Deo gratias pro gratia tribue; tibi autem soli culpam & dignam pœnam, pro culpa deberi sentias.

4 Pone te semper ad infimum, & dabitur tibi summum: nam summum, non stat sine infimo. Summi sancti apud Deum, minimi sunt apud se. Et quantò gloriosiores, tantò in se humiliores. Pleni veritate & gloria cælesti, non sunt vanæ gloriæ cupidi. In Deo confirmati & fundati, nullo modo possunt esse elati. Et qui totum Deo ascribunt, quidquid boni acceperunt, gloriam ab inuicem non querunt:

LUC. 14.

runt:

runt: sed gloriam, quæ à solo Deo est, volunt: & Deum in se, & in omnibus Sanctis, laudare super omnia cupiunt, & semper in idipsum tendunt.

5 Esto igitur gratus pro minimo, & eris dignus maiora accipere. Sit tibi minimum, etiam pro maximo: & magis contemptibile, pro speciali dono. Si dignitas datoris inspicitur, nullum datum paruum, aut nimis vile videbitur. Non enim paruum est, quod à summo Deo donatur. Etiam si pœnas & verbera dederit, gratum esse debet: quia semper pro salute nostra facit, quidquid nobis aduenire permittit. Qui gratiam DEI retinere desiderat, sit gratus pro gratia data, patiens pro ablata. Oret, vt redeat: cautus sit & humilis, ne amittat.

CAP. XI.

De paucitate amatorum crucis IESU.

HABET Iesus nunc, multos amatores regni sui cœlestis, sed paucos baiulatores suæ crucis. Multos habet desideratores consolationis, sed paucos tribulationis. Plures inuenit
focios

socios mensæ, sed paucos abstinentiæ. Omnes cupiunt cum eo gaudere, pauci volunt pro eo, aut cum eo aliquid sustinere. Multi Iesum sequuntur, *vs-* *Luc. 9.* que ad fractionem panis: sed pauci *22.* *vsque* ad bibendum calicem passionis. Multi miracula eius venerantur, pauci ignominiam crucis sequuntur. Multi Iesum diligunt, quamdiu aduersa non contingunt. Multi illum laudant & benedicunt, quamdiu consolationes aliquas ab ipso percipiunt. Si autem Iesus se absconderit, & modicum eos reliquerit, aut in querimoniam, vel in deiectionem nimiam cadunt.

2 Qui autem Iesum propter Iesum, & non propter suam propriam aliquam consolationem diligunt, ipsum in omni tribulatione & angustia cordis, sicut in summa consolatione, benedicunt. Et si numquam eis consolationem dare vellent, ipsum tamen semper laudarent, & semper gratias agere vellent.

3 O quantum potest amor Iesu *Phil. 2.* purus, nullo proprio commodo, vel amore permixtus! Nonne omnes merce-

mercenarij sunt dicendi, qui consolationes semper quærunt? nõne amatores sui magis, quàm Christi probantur, qui sua commoda, & lucra semper meditantur? Vbi inuenietur talis, qui velit Deo seruire gratis?

4 Rarò inuenitur tam spiritualis aliquis, qui omnibus sit nudatus. Nam verum pauperem spiritu, & ab omni creatura nudum quis inueniet? *Prov. 31* *Procul* & de vltimis finibus pretium eius. Si dederit homo omnem substantiam suam, adhuc nihil est. Et si fecerit pœnitentiam magnam, adhuc exiguum est. Et si apprehenderit omnem scientiam, adhuc longè est. Et si habuerit virtutem magnam, & deuotionem nimis ardentem, adhuc multum sibi deest: Scilicet vnum, quod summè sibi necessarium est. *Mat. 16* *Quid illud?* Vt omnibus relictis se relinquat, & à se totaliter exeat, nihilque de priuato amore retineat. Cumque omnia fecerit, quæ facienda nouerit, nil se fecisse sentiat.

5 Non grande ponderet, quòd grande æstimari possit: sed in veritate seruum inutilem se pronunciet, sicut Veritas

ritas

ritas ait: Cùm feceritis omnia, quæ *Luc. 17.*
 præcepta sunt vobis, dicite, Serui inu-
 tiles sumus. Tunc verè pauper, & nu-
 dus spiritu esse poterit, & cum Pro-
 pheta dicere: Quia vnicus & pauper *Psal. 24.*
 sum ego. Nemo tamen isto ditior, ne-
 mo potentior, nemo liberior: qui se
 & omnia, relinquere scit, & ad infi-
 mum se ponere.

CAP. XII.

De regia via sanctæ Crucis.

I DVRS multis, videtur hic ser- *Mat. 26*
 mo: Abnega temetipsum, tolle
 crucem tuam, & sequere Iesum. Sed
 multo durius erit, audire illud extre-
 mum verbum: Discedite à me male- *Mat. 25*
 dicti, in ignem æternum. Qui enim
 modò libenter audiunt, & sequuntur
 verbum crucis; tunc non timebunt *Pf. III.*
 ab auditione æternæ damnationis.
 Hoc signum crucis erit in cælo, cùm
 Dominus ad iudicandum venerit.
 Tunc omnes serui crucis, qui se Cru-
 cifixo conformauerunt in vita, acce-
 dent ad Christum iudicem, cum ma-
 gna fiducia.

2 Quid

2 Quid igitur times tollere crucem, per quam itur ad regnum? In cruce salus, in cruce vita, in cruce protectio ab hostibus; in cruce infusio supernæ suauitatis, in cruce robur mentis, in cruce gaudium spiritus; in cruce summa virtutis, in cruce perfectio sanctitatis. Non est salus animæ, nec spes æternæ vitæ, nisi in cruce. Tolle ergo crucem tuam, & sequere Iesum, & ibis in vitam æternam. Præcessit ille baiulans sibi crucem, & mortuus est pro te in cruce: vt & tu tuam portes crucem, & mori affectes in cruce. Quia si commortuus fueris, etiam cum illo pariter viues. Et si socius fueris pœnæ, eris & gloriæ.

Luc. 14.

Ioan. 19

2. Cor. 1

3 Ecce in cruce totum constat, & in moriendo totum iacet: & non est alia via ad vitam, & ad veram internam pacem, nisi via sanctę crucis, & quotidianę mortificationis. Ambula vbi vis, quære quodcumque volueris: & non inuenies altiore[m] viam supra, nec securiorem viam infra, nisi viam sanctę crucis. Dispone & ordina omnia, secundum tuum velle & videre: & non inuenies, nisi semper aliquid
pati

pati debere, aut sponte, aut inuitè: & ita crucem semper inuenies. Aut enim in corpore dolorem senties, aut in anima spiritus tribulationem sustinebis.

4 Interdum à Deo relinquêris, interdum à proximo exercitaberis, & quod amplius est, sæpè tibimetipsi grauis eris; nec tamen aliquo remedio vel solatio, liberari seu alleuiari poteris: sed donec Deus voluerit, oportet vt sustineas. Vult enim Deus, vt tribulationem sine consolatione, pati discas, & vt illi totaliter te subiicias, & humilior ex tribulatione fias. Nemo ita cordialiter sentit passionem Christi, sicut is, cui contigerit similia pati. Crux ergo semper parata est, & vbiq; te expectat. Non potes effugere, vbi- cumque cucurreris: quia quocumque iueris, teipsum tecum portas, & semper teipsum inuenies. Conuerte te supra, conuerte te infra: conuerte te extra, conuerte te intra: & in his omnibus, inuenies crucem: & necesse est te vbiq; tenere patientiam, si internam vis habere pacem, & perpetuam promereri coronam.

§ Si

5 Si libenter crucem portas, portabit te, & ducet te ad desideratum finem, vbi scilicet finis patiendi erit, quamuis hîc non erit. Si inuitè portas, onus tibi facis, & teipsum magis grauas: & tamen oportet, vt sustineas. Si abiicis vnâ crucem, aliam proculdubiò inuenies, & forsitan grauiorem.

6 Credis tu euadere, quod nullus mortalium potuit præterire? Quis sanctorum in mundo, sine cruce & tribulatione fuit? Nec enim Iesus Christus, Dominus noster, vna hora sine dolore passionis fuit, quamdiu vixit. Oportebat (ait) Christum pati, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam. Et quomodo tu aliam viam quæris, quàm hanc regiam viam, quæ est via sanctæ crucis?

7 Tota vita Christi, crux fuit & martyrium: & tu tibi quæris requiem & gaudium? Erras, erras, si aliud quæris, quàm pati tribulationes: quia tota ista vita mortalis, plena est mileriis, & circumsignata crucibus. Et quantò altius quis in spiritu profecerit, tantò grauiores sæpè cruces inuenit: quia exi-

lij sui pœna, magis ex amore crescit.

8 Sed tamen, iste sic multipliciter afflictus, non est sine leuamine consolationis : quia fructum maximum sibi sentit accrescere, ex sufferentia suæ crucis. Nam dum sponte se illi subiicit, omne onus tribulationis, in fiduciam diuinæ consolationis conuertitur. Et quantò caro magis per afflictionem atteritur, tanto spiritus amplius per internam gratiam roboratur. Et nonnumquam in tantum confortatur, ex affectu tribulationis & aduersitatis, ob amorem conformitatis crucis Christi, vt se sine dolore & tribulatione esse non vellet : quoniam tantò se acceptiorem Deo credit, quantò plura & grauiora, pro eo perferre potuerit. Non est istud hominis virtus, sed gratia Christi, quæ tanta potest & agit in carne fragili: vt quod naturaliter semper abhorret & fugit, hoc feruore spiritus aggrediatur & diligat.

2 Co. II

c. 2.

9 Non est secundùm hominem crucem portare, crucem amare, corpus castigare & serui u i subiicere: honores fugere, contumelias libenter sustinere, seipsum despiciere & despici op-

E

tare:

2. Cor. 3 tare: aduersa queque cum damnis per-
peti, & nihil prosperitatis in hoc mun-
do desiderare. Si ad te ipsum respicis,
nihil huiusmodi ex te poteris. Sed si
in Domino confidis, dabitur tibi for-
titudo de celo, & subiicientur ditioni
tuæ, mundus & caro. Sed nec inimi-
cum diabolum timebis, si fueris fide
armatus, & cruce Christi signatus.

10 Pone te ergo, sicut bonus & fide-
lis seruus Christi, ad portandam viri-
liter crucem Domini tui, pro te ex a-
more crucifixi. Præpara te, ad toleran-
da multa aduersa & varia incommo-
da, in hac misera vita: quia sic tecum
erit, vbicumque fueris: & sic reuera
inuenies, vbicumque latueris. Oportet
ita esse: & non est remedium euadendi
à tribulatione malorum & dolore,
quàm vt te patiaris. Calicem Domini
Mat. 10 affectanter bibe, si amicus eius esse, &
10ã. 18. partem cum eo habere desideras. Con-
solationes Deo committe: faciat ipse
cum talibus, sicut sibi magis placue-
rit. Tu verò, pone te ad sustinendum
tribulationes, & reputa eas maximas
consolationes: quia non sunt condi-
gnæ passionis huius temporis, ad fu-
turam

turam gloriam promerendam, etiam si solus omnes posses sustinere.

11 Quando ad hoc veneris, quòd tribulatio tibi dulcis est, & sapit pro Christo: tunc benè tecum esse æstima, quia inuenisti paradisum in terra. Quamdiu pati graue tibi est, & fugere quæris; tamdiu malè habebis, & sequetur te vbique fuga tribulationis. *Rom. 8. Gal. 6.*

12 Si ponis te, ad quod esse debes, videlicet ad patiendum & moriendum, fiet citò meliùs, & pacem inuenies. Etiam si raptus fueris, vsque ad tertium celum cum Paulo, non es propterea securatus, de nullo contrario patiundo. Ego (inquit Iesus) ostendam illi, quanta oporteat eum, pro nomine meo pati. Pati ergo tibi remanet, si Iesum diligere, & perpetuò illi seruire placet. *2. Cor. 12. Act. 9.*

13 Vtinam dignus esses, aliquid pro nomine Iesu pati: quàm magna gloria remaneret tibi, quanta exultatio omnibus Sanctis Dei, quanta quoque ædificatio esset proximi? Nam patientiam omnes recommendant, quamuis pauci tamen pati velint. Meritò deberes libenter, modicum pati pro Chri-

sto, cùm multi grauiora patiuntur pro mundo.

Psal. 43 14 Scias pro certo, quia morientem te oportet ducere vitam. Et quantò quisque plus sibi moritur, tantò magis Deo viuere incipit. Nemo aptus est ad comprehendendum caelestia, nisi se submiserit ad portandum pro Christo aduersa. Nihil Deo acceptius, nihil tibi salubrius in mundo isto, quàm libenter pati pro Christo. Et si eligendum tibi esset, magis optare deberes, pro Christo aduersa pati, quàm multis consolationibus recreari: quia Christo similiior esses, & omnibus Sanctis magis conformior. Non enim stat meritum nostrum, & profectus status nostri, in multis suauitatibus & consolationibus: sed potiùs in magnis grauitatibus, & tribulationibus perferendis.

15 Si quidem aliquid melius & utilius saluti hominum, quàm pati fuisset, Christus utique verbo & exemplo ostendisset. Nam & sequentes se discipulos, omnesque eum se qui cupientes, manifestè ad crucem portandam hortatur, & dicit:

Si

Si quis vult venire post me, abneget *Luc. 9.*
 semetipsum, & tollat crucem suam,
 & sequatur me. Omnibus ergo per-
 lectis & scrutatis, sit hæc conclusio
 finalis: Quoniam per multas tribu- *Act. 14*
 lationes, oportet nos intrare in re-
 gnum Dei.

LIBRARIIS



E 3 THO-